



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

2. de Antiquitate indulgentiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

merit dare indulgentiam amplam, vel restrictam
secundum personas temporis durationē &c. be-
nignior interpretatio fieri debet. Vnde si Papa
vel Episcopus concedat Indulgentiam alicui Ec-
clesiæ, intelligi debet de perpetua, nisi restrictio
facta fuisset per regulas Cancellariæ.

NB. In materia fauorabili V. C. concessa in-
dulgentia populo venit etiam Clerus, & nomine
Cleri etiam Episcopus & Religiosi comprehen-
duntur, non item in materia odiosa. Quod si du-
bitetur de potestate concedentis indulgentiam
tam amplam, tum potius restringenda est, cum a-
liquin periculum sit, ne iuri diuino derogetur, &
per indiscretas indulgentias disciplina Ecclesiasti-
ca eneruetur.

C A P. I I.

De Antiquitate Indulgentiarum.

Indulgentiarum Vsus probari solet ex Apost. 2. i
ad Cor. 2. Vbi Corinthium incestuosum, quem
absens ante excommunicauerat 1. Cor. 5. & pœ-
nitentia Ecclesiasticis subiecerat, ne nimia tristitia ab-
sorberetur, rogantibus etiam pro illo Corinthijs,
absoluit; remissa illi, per clauium spiritualium
potestatem pœna adhuc restante, cuiusmodi con-
suetudo deinceps etiam in Ecclesia viguit, vt pec-
catoribus ob scandalosa crimina, publica pœni-
tencia imponeretur, sed etiam vt ipse pœnitens,
peccata sua apud Deum congrua satisfactione
soleret.

Bbbb Indul-

Indulgentia, seu remissio pœnæ iniunctæ, non tantum est in ordine ad Ecclesiam, sed etiam in ordine ad Deum, ut etiam Deo satisfactum sit, ut quod Martyrum desiderio, & Ecclesiasticorum Prælatorum autoritate remittatur, etiam apud Deum condonatum sit.

C A P. III.

De diuisionibus Indulgentiæ.

1 Indulgentia vel est totalis seu plenaria (sic dicta, quia illimitatè conceditur, ut omnem pœnam in Purgatorio pro peccatis luendam remittat) vel partialis, quæ limitatè conceditur, ut partem aliquam pœnæ remittat, talis est Indulgentiæ tertiæ partis peccatorum; aut indulgentiæ vnius anni, vel plurium annorum. Nam Ecclesiastica consuetudine olim receptū erat, ut pro grauioribus criminibus 7. annorum pœnitentia imponeretur. Alia partialis Indulgentia etiam dicitur *carena*, id est, carentia, siue ieiunium in solo pane vel aqua per dies 40. Item quadrægena pœna, per quadragesimam subeunda imposita. Quapropter cum Indulgentiæ vnius anni, indulgentiæ septennis, vel vna carena conceditur, sensus est, remitti tantam pœnam peccatis debitam, quanta deleretur per pœnitentiam vnius anni, vel 7. annorum, aut per 40. dierum ieiunium in pane & aqua, secundum canones pro peccatis imponi solitum.

2 Olim Indulgentiæ fermè tantum concedebatur